

res: Canopum lucere noctibus, sidus ingens et clarum. Sed maxime mirū ijs erat, umbras suas in nostrum caelum cadere, nō in suū: solemq; à læua oriri, et in dextram occidere potius q̄ è diuerso. Eadem narrauerunt, latius insula quod prætenderetur Indiae x. M. stad. esse, ab oriente hyberno ultra mōtes Emodos. Seras quoq; ab ipsis aspici, notos etiam commercio. patrē Rachia commēasse eo aduenis ibi feras occurrere. Ipsos vero excedere hominum magnitudinē, rutilis comis, caruleis oculis, oris sono truci, nulli commercio linguae. Cætera eadē quæ nostri negotiatores. Fluminis ulteriore ripa merces positas, iuxta uenalia tolli ab his, si placeat permutatio: nō aliter odio iustiore luxuriæ, q̄ si perducta mens illuc usq; cogitet, quid & quo petatur & quare. Sed ne Taprobane quidem, quamuis extra orbem à natura relegata, nostris vitis caret. aurum argentumq; & ibi in pretio. marmor testitudinis simile, gemmæ margaritæq; in honore multo præstantiores, et totius luxuriæ nostræ cumulus. Ipsorū opes maiores esse dicebant, sed apud nos opulentia maiore usum. Seruū nemini, non in diem aut interdium somnū: & deficiat modice ab humo extantia: annonam nunquā augeri, non fora litesue esse: coli Herculem: eligi regem à populo senectæ clementiaq; liberos non habentem: & si postea gignat, abdicari, ne fiat hereditariū regnum. Rectores ei à populo xxx. dari: nec nisi plurimum sententia quenuquam capitis damnari: sic quoq; appellationē esse ad populum, lxx. iudices dari: si liberent ijs reum, amplius triginta ijs nullam esse dignationem, grauissimo probro. regi cultū Liberi patris, ceteris Arabum. regem, si quid delinquat, morte multari, nullo interimente, auersantibus cunctis, & cōmercia etiā sermonis negantibus. Festa venatione absumi, gratissimam eam tigris elephantisq; constare. Agros diligēter coli, uitis usum non esse, pomis abundare. Esse et in piscatu uoluptatē, testudinū maxime, quarū superficie familias habitantium contegi: tanta reperiri magnitudine. Vitam hominum centum annis modicā. Hæc cōperta de Taprobane. Quatuor satrapie, quas in hunc locum distulimus, ita se habent.

Capissene, Carmania. CAP. XXIII.
Proximis Indo gētibus mōtana Capissena habent Capissam urbē, quam diruit Cyrus, Arachosia cū oppido et flumine eiusdē noīs, quod quidā Cophen dixerunt, à Semiramide conditū. Amnis Hermandus præfluens per Abestem Arachosiorum. Proximos ijs à meridie ad partē Arachotarū faciūt Gedrosos, et à septētrione Paropamisadas. Cartana oppidū sub Caucaso, quod postea Terrogonis dictum. Hæc regio est ex aduerso. Bactrianorum deinde, cuius oppidū Alexandria, à cōditore dictū. Syndraci, Dargula, Parapiani, Cantaces, Maci. Ad Caucasum Cadrusi oppidū ab Alexādō conditū. Infra hæc omnia, ora ab Indo. Ariana regio ambusta feruoribus desertisque circumdata, multa tamen interfusa opacitate: cultores congregat circa duos maxime fluuios, Ton-

deron & Arosapen. Oppidum Artacarna. Arius amnis qui p̄fluit Alexandriā ab Alexandro condita. patet oppidū stad. xxx. multoq; pulchrius, sicut anti-
quius, Artacabane iterū ab Antiocho munitū, stad. l. Dorisci gens. Amnes Pharnacotis, Ophradus, Prophthasia oppidū Zarasparū, Drangæ, Argetæ, Zarāga, Gedrusi. oppida Paucolais, Lymphorta, Methoricū desertū. Amnis Manain. Augutturi gens. Flumen Borru. Gen̄s Vrbi. flumē nauigabile Ponamus Pādorū finibus. Itē Gaberon Sorarū ostio portuosus. Oppidū Condigrāma. Flumē Cophes. Influnt ī eū nauigabilia Sadarus, Parospus, Sodinus. Ariana partē esse Daritin aliqui uolūt, mēsurāq; pdunt utriusq; lōgitudine xix. l. M. pas. latitudine dimidio minore q̄ India. Alij Gedrusos et Scyros posuere per clxxxij. M. pas. Mox Ichthyophagos Oritas, propria non Indorum lingua loquētes, per cc. M. pas. Inde posuere Arbiorū gentē per cc. M. Ichthyophagos omnes Alexāder uenit piscibus uiuere. Ultra deserta, deinde Carmania, ac Persis, atq; Arabia. Sed priusquā hæc generatim persequamur, indicare conuenit, quæ prodit Onesicritus, classe Alexandri circumuectus in mediterranea Persidis ex India, narrata proxime à Iuba: dein eam nauigationē, quæ his annis comperta seruat hodie. Onesicriti & Nearchi nauigatio, nec nomina habet māsionum nec spatia. Primumq; Xylenopolis, ab Alexandro condita, unde cæperunt exordiū, iuxta quod flumen, aut ubi fuerit, nō satis explanatur. Hæc tamē digna memoratu prodūtur ab eis: oppidū à Nearcho conditū in nauigatione ea. Flumē Nabrū nauium capax, contra insula distans lxx. stad. Alexandria condita à Leonato iussu Alexandri in finibus gentis, Argenus portu salubri. Flumē Tuberū nauigabile, quod circa Pariræ. Deinde Ichthyophagi tam lōgo tractu ut xx. dierū spatio prænauigauerint. Insula quæ folis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubēs in qua nullum non aīal absuntur, incertis causis. Origens. Flumē Carmaniæ Hytamis portuosum & auro fertile. Ab eo primum septētriones apparuisse adnotauere. Arcturum nec oībus cerni noctibus, nec totis unquā. Achemenidas usq; illo tenuisse. Aeris & ferri metalla & arsenici & minij exerceri. Inde p̄montorium Carmaniæ est: ex quo in aduersa ora ad gentē Arabiæ Macas traiectus distat l. M. pas. Insula tres, quarum Organa tantum habitatur aquosa, à cōmētī xxv. M. pas. Insula iij. iam in sinu ante Persida. Circa has hydri marini uicentū cubitorum adnatates ter ruere classē. Insula Acrotadus, itē Gauratæ, ī quibus Chiani gens. Flumen Hyperis in medio sinu Persico, onerariarum nauium capax. Flumen Sitiogagus, quo Pasargadas vij. die nauigatur. Flumen nauigabile Phirstimus, insula sine noīe. Flumē Granius modicarum nauium capax, per Susianen fluit: dextra eius accolunt Deximōtani, qui bitumē perficiunt. Flumen Oroatis ostio difficili nisi peritis insulæ ij. parue. inde uadosa nauigatio palustri similis: per euripos tamen quosdam.

phiodor
historia
culon 311